Raymundus Peraudi Archidiaconus Alnisien. in ecclesia Xanctonen. Magister in Theologia Sanctissimi domini nostri pape
prothonotarius ac Referendarius domesticus ad Almaniam universasque et singulas provincias Civitates Terras et loca Germanie [illegible]
Romano imperio et illius electoribus ac subiecta eiusdem Sanctissimi domini nostri pape et apostolice sedis cum plena potestate legatus de latere Nuncius et
Orator Dilecto nobis in Christo Eberhardo de B[illegible] Decano ecclesie beate Marie Wetzflarien. Treveren. dioc. Salutem in domino. Nobilitas generis
ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut [illegible]
libus favoribus et gratiis prosequamur. Hinc est quod nos [illegible] de nobili genere ex utroque parente procreatus existis ad Decanatum
beate Marie Wetzflarien. Treveren. dioc. que inibi dignitas principalis existit cui cura imminet animarum ac cuius fructus redditus et proventus [illegible]
[illegible] valorem annuum non excedunt [illegible] premissorum meritorum tuorum intuitu [illegible] favore prosequi volentes tuis
in hac parte supplicationibus inclinati tecum ut etiam ante Decanatum predictum quodcumque aliud seu illo per te dimisso quecumque alia duo curata sive alias incompati-
bilia beneficia ecclesiastica etiamsi parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie aut dignitates personatus administrationes vel officia in Cathedralibus
Metropolitanis vel Collegiatis et dignitates ipse in Cathedralibus etiam Metropolitanis post pontificales maiores seu [illegible]
tales inibi fuerint et ad illas ac huiusmodi personatus administrationes vel officia consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum
si tibi alias canonice conferantur aut eligaris presenteris vel instituaris ad illa et instituaris in eis [illegible]
simul vel successive simpliciter vel ex causa permutationis quotiens tibi placuerit dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia similia vel
aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica duo dumtaxat invicem incompatibilia sibi recipere et insimul quoad
vixeris ut premittitur retinere libere et licite valeas Generalis Concilii et quibusvis aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non
et consuetudinibus dicte beate Marie et aliarum ecclesiarum in quibus incompatibilia beneficia huiusmodi forsan fuerint etiam iuramento [illegible]
apostolica vel quavis alia firmitate roboratis necnon omnibus illis que Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Innocentius divina [providentia]
papa VIIJ in litteris super hoc nobis concessis voluit non obstare ceterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica qua quo ad hoc
fungimur tenore presentium de specialis gratia dispensamus. Proviso quod Decanatus et alia incompatibilia beneficia huiusmodi debitis [illegible]
obsequiis et animarum cura in ipso Decanatu et si illis immineat aliis incompatibilibus beneficiis predictis nullatenus negligatur [illegible]
litteras fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione muniri. Datum Franckfordie Maguntin. dioc. Anno domini M[illegible]
gesimonono Quinto kal. Augusti Pontificatus eiusdem Sanctissimi domini nostri pape

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/4, Nr. 62

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/4, Nr. 62